UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Quod eius fuerit de perfectione iudicium. Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

eò denique adductus eſt, vti propter [illegible] hu-
moris paulatim exeſa luminis vi, aciem oculorum pe-
ne amiſerit. hac ille iactura, quod ad ipſum priuatim per-
tinebat, non ſanè mouebatur: quinimmo triumphabat
ſe in obſequio Chriſti oculos perdere. Sed quoniam id
fieri ſine magno communis rei detrimento non pote-
rat; ſuorum præſertim accedente impulſu, precatus Domi-
num inſtitit, vt ſibi liceret interdum à lacrymis tempe-
rare. nec fruſtra. ſiquidem ex eo tempore tantum in la-
crymas ius & arbitrium obtinuit, vt earum quaſi habe-
nas, prout vellet, adduceret idem atque remitteret. Quæ
res cuipiam fortaſſe veritatis fidem excedere [illegible]
ſed nobis vtique in tam recenti memoria [illegible]
ſa non eſt.

Quod eius fuerit de perfectione iudicium.

Cap. II.

AC licet precationi vſque adeo deditus eſ-
ſet, tamen eo ſtudio, ſe vel à publicis ad-
miniſtranda, vel à caritatis cæterarumque
virtutum officijs minimè [illegible]
ci, & quamquam certum [illegible]
temporis quotidie neceſſarium eſſe diceret ad ſe col-
ligendum, vireſque diuinitus impetrandas, tamen eos
non ita laudabat, qui dulcedine ſolitudinis, & diuinæ
familiaritatis illecti, in arenam deſcendere, & ſua pri-
mùm vitia euellere, deinde etiam proximos [illegible]
negligerent. quinimmo, pluribus doctus experimentis,
aiebat, qui minus in eo genere ſibi temperant, [illegible]
roſque (niſi periti cuiuſpiam ductum ſequantur, & præ-
cipuo Dei fulciantur auxilio) partim dæmonum illuſi-
onibus obnoxios eſſe, partim etiam contumaces & ſibi
placentes, & in ſua ſententia mirè obſtinatos [illegible]
ces euadere: qua peſte nulla propemodum eſt [illegible]
num cœtibus capitalior. itaque ſuorum ille [illegible]
non tam ex cõtinuata precatione, vel diuturna [illegible]
quàm è ſolidæ virtutis officijs, ac præſertim [illegible]

dine atque animi æquitate ſpectabat Cùm è familiari-
bus neſcio quis, fratrem præſtanti religioni collaudans,
ad Ignatium cum admiratione dixiſſet: En hominē iugi-
ter precationi vacantem: immò verò, mutata voce, en,
inquit Ignatius, hominem ſibimet acriter imperantem.
Alium quempiam, quòd ſtomachoſior eſſet natura, &
ſubinde in amara verba prorumperet, ſeſe fratrum con-
ſuetudini alieno tempore ſubtrahentem, Ignatius blan-
dè compellans: Quin te, inquit, ſtatutis horis in fratrum
conſuetudinem das: cùm ille iracundiam naturæ, bilem-
que prætenderet; Næ tu vehementer erras, ait Ignatius:
etenim hæc & huiuſmodi vitia, non fugiendo, ſed reſi-
ſtendo vincuntur. Denique licet piæ precationis laude
præcelleret ipſe, vt dictum eſt, ſemper tamen ſpiritum,
quem vocant mortificationis, ſpiritui ſpeculationis,
antetulit. nam vt in eloquentiæ ſtudio, cùm & ars, & v-
ſus ipſe ſit neceſſarius, longè plus tamen à ſapientibus
viris vſui quàm præceptioni tribuitur; ſic in parādis vir-
tutibus cùm & commentatio, & actio requirantur; mul-
to plus tamen agendo & pugnando, quàm ſpeculando
vel cogitando proficitur.

De caritate ipſius in Deum.
Cap. III.

CARITATE in Deū fuit, quāta par eſt
cum eſſe, qui ipſius Dei gratia rebus
humanis nuntium ſponte remiſerit.
neque ſolum eatenus Dominum ama-
bat, vt præ illo reliqua omnia nihil du-
ceret, quę virtutis huiuſce præcipua eſt
tis: verum inerat in amore voluptas mira: prorſus vt
antislibet preſſus curis, ac moleſtijs fatigatus, in vnius
recordatione, & quaſi amplexu per ſummā delecta-
rem acquieſceret. CHRISTVM verò Dominum
liberatorem videndi ſicuti eſt, tanta flagrabat cu-
ditate, vt eam ipſam ob rem ſolui corporis vin-
culis